

ALLOQUIUM PARACLETICUM

V I R O

MAXIME REVERENDO ATQUE AMPLISSIMO

DOMINO

CHRISTIANO *271.* **Gotthelf**

Birnbaum /

SS. Theologiæ Doctori Meritissimo & Ecclesiarum
Ruppinensium Inspectori Vigilantissimo,

DOMINO EPHORO ET PATRONO SUO, SINGU-
LARIS OBSERVANTIÆ CULTU CONSTANTER
COLENDO,

VIRGINEM FILIAM

NATU MINIMAM

ET MENTE ET CORPORE VENUSTISSIMAM

CHRISTIANAM
AGATHAM,

Potstampii die XXIII. Septembr. A. C. MDCCXIX.

Inopinatâ morte surreptam, amaro luctu lugenti,

Ex pietatis ac *συνπαθείας*, addam licet insignis amoris, lege,

Debitum

à

JOHANNE JULIO *Seveten!*

Ecccl. Radensleb. Past.

NEO - RUPPINI,

Typis WENDELINI MULLERI, Reg. Pruss. Typographi privil.

SOLATII DIVINI EXUBERANTIAM!

Tit.

DOMINE EPHORE ET PATRONE
HONORATISSIME,



Eri demum mihi innotuit Svavissimæ
Filiæ tuæ CHRISTIANÆ AGA-
THÆ præmaturus & Tuo Tuorumq;
luctu dignissimus obitus. Non potui
non, pro inveterato meo in TE amore,
hunc dolorem Tuum dolere; insimul
quale quale solatium, ex limpidissimo
veri solatii fonte, scripturæ Sacræ TIBIMET propo-
nere; id quod, styli ligati amans, Epicedio, pa-
gellæ huic annexo, declaravi. Æqui illud bonique
quin consulas, fretus candido Tuo in me favore,
confido.

Vale & cum Tuâ Tuisque more solito, i. e. per-
amanter & ex memet & puerperâ & filiabus
meis, ad unum omnibus, salve.

TUI

Radensleben, d. 28. Septemb.
A. C. 1719.

Ad urnam observantis,
simus

JOHANN JULIUS LEVEKEN,
P. Radensl.



BIRNBAUMI, Inspector multum Ve-
nerande, dolente
Quò cum & verba dolens jam mea
Musa facit.

*Estne pia mentis dignum miramine funus,
Fumus Filiolæ, Care PATRONE tuæ?*

Viva, virens multum, cum Matre ad mœnia tendit
Potsampi, ò animæ FILIA cara tua.

Dimittis, missam voto comitaris euntem:

GNATA, vale, nostro mox reditura lari.

Dulce per augurium mens lætabunda pererrat,

Nil metuens atræ damna nociva luis.

Ast eheu vanum mentis phantasma! Refellit

Hunc animi lusum fors inimica tuum!

Non redit ad lectos, Soboles Tibi cara, penates,

In Patris amplexus non redit illa tuos!

Potsampi Ruppino urbi valedicit & orbi,

Funestâ subito tacta, necata lue!

Estne pia mentis dignum miramine funus

Fumus Filiolæ, Care PATRONE, tuæ?

Sœpe sibi metas humana industria figit,

Ast alio metam collocat Ipse DEUS.

Mortis & esse locum fatalem, Sancta Vetustas

Credidit, assertum res probat ipsa, pium.

Ecquis fortuito mortem contingere casu

Dicat, Christiadum dogmata pura colens?

Quæ TIBI mœrenti sed nunc Solamina scribam

O multum & multum FAUTOR Amante mihi?

Mœro-

Mœrorem en! minuit DEus Ipse & porrigit ægro
 Cœlestis Medicus pharmaca sancta Tibi!
 Cœlica nonne docent Divini grammata Verbi
 Qualis & heic Vitæ & mortis imago fiet?
 Quid Vita? Heu! multo squalens sentina dolore,
 Curarum pelagus, tædia mille vehens!
 Non sic in Lybicus cumulantur syrtibus undæ,
 Æstuat ut variis vita repleta malis!
 Disce pati; humanæ quot quæso incommoda vitæ,
 Acclamant miseris undique: disce pati!
 Quid mors? Optatæ portus dulcisve quietis
 Quâ vexat placidam nulla procella ratem.
 Detumuerè minæ ponti Corique furores
 Jamque metûs metuit tuta carina nihil!
 Hanc vitæ faciem spectans & mortis, Amande
 O FAUTOR, Natam desine flere tuam!
 Desine flere, piæ Sanctûm quæ mixta cohorti
 Et lacrimas nescit, nescit & omne malum.
 Desine flere; Patrum Patris hîcce amplexibus hærens
 Quæ canit, Angelicis cantica sancta choris!
 Nulla salus mundo; cœlum Te poscimus omnes,
 Quis nostrum & Cœlis hæc pia vota neget?

**Kurze Trost-Gedächtnis an die Geehrteste
 Leidtragende.**

Agathgen ist verreyßt: So klagt ihr fort und fort;
Betrübte! derer Geist von Wehmuth fast zerbrochen!
Agathgen ist verreyßt! Ganz recht und wohl gesprochen.
Agathgen ist verreyßt: Kein Traur- ein Freuden-Wort!
Agathgen ist verreyßt: Wohin? zur Himmels-Stadt.
Selig! der den Lauff so bald vollendet hat!

